

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Caritas e (2)

“Sola enim caritas,”
De Doctrina Christiana scribente Augustino,
“est que vincit omnia, et sine qua nil valent
omnia, et que, ubicumque fuerit, trahit ad se omnia.

Amate scientiam sed anteponite caritatem.
Scientia si sola sit inflat; quia vero caritas edificat,
scientiam non permittit inflari.”

Lucula noctis, 35 (E. Hunt ed., p.297, ll.381-386).

nihil BL

Sola caritas

est que uincit omnia et sine qua nichil ualent
omnia, et que ubicumque fuerit trahit ad se omnia.

Amate scienciam sed anteponite caritatem.
Sciencia si sola sit inflat; quia uero caritas edificat,
scienciam non permittit inflari.

Augustinus de doctrina Christiana.

Manipulus florum, Caritas e

Et utinam possint omnes de una
charitate cogitare. Sola

est enim quae et vincit omnia, et sine qua nihil valent
omnia, et quae ubicumque fuerit trahit ad se omnia.
Ipsa est quae *non aemulatur*. Quaeris causam? Attende
quod sequitur: *Non inflatur* (*I Cor. XIII*, 4). Prior est in
vitiis superbia, ut dicere cooperam, deinde invidia. Non
enim invidia peperit superbia, sed superbia peperit
invidiam. Non enim invidet, nisi amor excellentiae. Amor
excellentiae, superbia vocatur. Cum ergo in ordine prior sit
superbia, sequatur autem invidia; Apostolus in laudibus
charitatis noluit dicere prius, *Non inflatur*; et postea, *Non
aemulatur*: sed prius dixit, *Non aemulatur*; postea, *Non
inflatur*. Quare hoc? Quia cum dixisset, *Non aemulatur*,
quasi quae siturus eras causam, quare non aemulatur;
subdidit, *Non inflatur*. Ergo si ideo non aemulatur, quia
non inflatur; si inflaretur, aemularetur. Hoc in vobis
crescat, et anima solidatur, quia non inflatur. *Scientia*, ait
Apostolus, *inflat*. Quid ergo? scientiam fugere debetis, et
electuri estis nihil scire potius quam inflari? Utquid vobis
loquimur, si melior est ignorantia quam scientia? utquid
vobis disputamus? utquid ista distinguimus? utquid quod
nostis admonemus, quod non nostis inferimus, si scientia
cavenda est, ne inflet? Ergo
amate scientiam, sed anteponite charitatem.
Scientia si sola sit, inflat. Quia vero charitas aedificat,
non permittit scientiam inflari.

Augustinus Hipponensis, *Sermones de diversis*, 354.6 (PL
39, col.1566).